

conjugium iniisse anno 908 et denique consultâ nostri Ottonis aetate Conradum quondam ducem Francorum in regem ungi potuisse, Ludovico infante anno 911 mortuo, quod ultimum Widekindus noster l. c. ejusque fratres Corbejenses in Chronico laudato annotarunt.

Fasti 916: Bovo abbas obiit.

Cod. pag. 603. Videntur sequentes traditiones in codice nostro comprobare non amplius referendae ad aetatem abbatis Corbejensis Bovonis II, quippe quem anno 916 obiisse, Chronicon nostrum, tunc scriptum fere, refert.

Fasti 906: Ungarii in Saxoniam venerunt.

915. Devastacio Ungariorum in Valun.

919. Ungarii Saxoniam crudeliter vastabant etc. etc.

Cod. pag. 617. Quem defectum (nämlich daß bei Widufind die Jahresbestimmungen der verschiedenen Ungarnzüge fehlen) Chronicon nostrum supplet¹⁾ e quo luce meridiana clarius patet, omnes recentiores hic miscuisse quadrata rotundis. Hoc loco observasse incongruens non erit, Nic. Schatenium in Annal. Paderbornens. I. pag. 259 glaucoma objecisse erudit, perhibentem, se ex abbatum Corbejensium fastis reperisse, quod Ungarorum in Saxoniam irruptio prima memorata sit in illis ad an. 906, altera anno 915, et tertia an. 924. Schatenius, quod sacramento audemus contendere, Chronicon nostrum nunquam oculis suis usurpavit. Ipse, quae habet, retulit ex narratione Overhami, qui vero furtim, sapius perperam cuncta descripsit. Id ex hoc ipso anno palam fiet. In codice enim annus scribitur DCCCCXVIII quem Overhamus pro DCCCCXXIII reputavit.

Fasti 929.

Anno ab incarn. dom. 929
indict. II. II. Non. Sept. feria
VI oriente sole facta est
pugna valida juxta flumen,
quod vocatur *Alpia* contra
Sclavos, in qua prostrati
sunt de paganis CXX^I_{II} ca-

Cod. pag. 331;

bei Widufind No. 28.

Hujus Dodiconis frater appellatur Luitharius. Id patet e Chronico nostro Corbejensi Msclo. et coetaneo, Dodiconem haec bona tradidisse post annum 929. Mortem enim illius Luitharii Corbejenses nostri in Annales quoque retulerunt in hunc modum:

¹⁾ S. die Stelle schon abgeschrieben in der Note zu Cap. 2. No. 2. hier nur des Zusammenhanges wegen notirt; das Verhergehende, was nur durch die Chronik zu erklären ist, findet sich in den Fragmenten derselben zu 919.